





V.

Städtisches Evangelisches Gymna

zu

Jauer.

Ostern 1870.

Inhalt: 1. Observationes grammaticae in Sallustium, vom Oberlehrer Dr. W
2. Schulnachrichten. Vom Director Dr. R. Volkmann.

Jauer, 1870.
Druck der Opitz'schen Buchdruckerei (H. Baillant).

1886, July 14.
Minot Fund.

Nondum mota quaestio est, quamvis minime sit inutilis iis, qui vel ipsi latine scribunt vel eju praecepta aliis tradunt, de discrimine, quod intercedat inter participia et sententias secundarias. ritur enim, utrum libera scriptori legendae structurae optio data sit an ex rei cujusque natura sita necessitas. Atque grammatici quidem, si qui hanc quaestionem breviter attigerunt, fere ita versantur, ut nihil curantes notionum accurate definitarum perspicuitatem delabantur ad rer verborum pondera aestimanda, quorum nullam jam mensuram habent, nisi quam suo arbitr obscuro quodam sensu petunt. Sed profecto in tali causa caput est de linguae legibus qua quas observari et illustrari necesse est, non item agere de elegantiae cura, quae potest pro cuj arbitrio major minorve esse. Quare operae pretium me facturum putavi, si hanc quaestionem liari libello tractarem, et quae in ea a grammaticis aut omissa plane aut non satis recte tradita e quantum fieri posset, vel adderem vel corrigerem. Quod vero non de participiorum usu apud R nos in universum, sed apud solum Sallustium quaerendum putavi, id duabus de causis factum Primum enim propter angustos fines, quibus hic libellus necessario continetur, non licebat admittere. Tum etiamsi licuisset, ipse noluissem. Nam illa altera de participiorum usu apud R nos quaestio non tantum implicita est atque late patet, sed meo quidem judicio non recte ad f perduci poterit nisi praecesserit ea, quam hoc loco instituere mihi in animo est, apud unum scri rem accurata observatio. Sic enim argumento disputationis proposito, quod certis iisque ang finibus circumscriptum est, sperare licet fore, ut certa quaedam fundamenta causae constitua Certe exemplorum multitudo intelligentiam non impediet.

Sed ad rem propositam aggredior. Grammaticorum communem sententiam esse constat: ticipium esse adjectivum relativum, quod ita differat ab adjectivo vulgari, ut non continuatam q dam rei condicionem vel statum indicet, sed tantummodo singulare aliquid temporis termina definitum. Sciendum tamen saepe alterum in alterum mutuo transire, ita ut et participia tem significatione sublata in meram absolutorum adjectivorum vim abeant designentque rei statum ali vel condicionem perpetuam ac constantem et adjectiva propria natura deposita actionem aliquam cent eamque non perpetuam, sed temporis finibus circumscriptam. Conf. Haasius in annot. ad sigii schol. de ling. Lat. pag. 741. Quae cum ita sint, duo omnino participiorum genera acc sunt disjungenda; alterum propriam verbi potestatem retinet, perdit alterum vim verbi et ad no transfertur. Maximi momenti profecto haec distinctio est. Ea enim, quae non veri nominis participia, in qualitate unius nominis definienda acquiescunt. Quae contra participia verbi vim nent, ea, tametsi per se nullius dignitatis neque, ut ita dicam, sui juris sunt, tamen in totius e ciationis constructione posita vehementem aliquam vim habent et permultum faciunt ad sensum sententiae moderandum. Ratio enim, quae intercedere potest inter ejusmodi participia et ve finitum, tot genera amplectitur, quot omnino intercedere possunt inter duas actiones, ita scilice

orationis forma non distinguantur. Omnium enim eadem forma communis est, sive ratio est condicionalis sive causalis sive quae in oppositione consistit, sed omnium etiam illud commune, quod temporis notatio in participio non sui juris est sed subjuncta verbo finito. Quare qui participiorum hujusmodi vim ignorat, is ne membrorum quidem nexum et seriem totiusque orationis modum percipiet. Jam vero duplici modo fieri potest, ut participia propria verbi significatione abjecta nominum naturam induant. Duae enim relationes latent in participiis, quae dixi propria verbi vi poni, una ad nomen aliquod, cui se applicant, altera ad verbum finitum, ex quo accipiunt temporis terminationem. Quae igitur participia hanc vel illam relationem exuunt, ea verbi notione sublata induunt nominum naturam. Primum enim participium, licet nomen habeat, ad quod referatur, tamen omni conjunctione cum verbo finito destitutum esse potest. Hujus generis sunt ea participia, quae nominum adjectivorum naturam induunt. Quamquam sciendum est non ideo perire plane et oblitterari in iis temporis significationem; aliam enim necesse est ejus adjectivi notionem esse, quod ex praeteriti temporis, aliam ejus, quod ex praesentis participio oritur. Quae diversitas rationem habet in diversitate actionis exprimendae. Utriusque enim participii id commune est, quod statum actionis alicujus praesentem indicant; actio autem ipsa aut imperfecta aut perfecta cogitari potest; participio praesentis indicatur statum actionis imperfectae esse praesentem, participio perfecti contra statum actionis perfectae. Deinde potest participium ab omni vel re vel persona segregatum et quodammodo avulsum induci et ipsum notionem vel rei vel personae ita induere, ut eodem modo a verbo finito aut a praepositione aliqua pendeat, quo illam rem vel personam pendere oportebat, cujus vicibus nunc participium fungitur. Hujus generis ea sunt participia, quae nominum substantivorum naturam induunt.

Quare eum sequemur disputationis ordinem, ut tria participiorum genera tribus commentationis capitibus comprehendamus. Primo capite de iis agendum erit participiis, quae, licet nomen habeant, ad quod referantur, tamen omni conjunctione cum verbo finito destituta sunt, ita ut eodem modo quo nomina adjectiva qualitatem vel rei vel personae denotent, altero capite de iis participiis, quae cum ab omni vel re vel persona segregata ipsa notionem vel rei vel personae induant, pro nominibus substantivis ponuntur, tertio denique capite de iis participiis, quae propriam verbi naturam retinent. Atque hoc quidem libello de iis participiis agendum erit, quae sunt adjectivorum loco.

Hujus modi igitur participia, cum non res aut homines ipsos, sed tantum notas rerum atque animantium significent, per se certam notionem constituere non possunt, sed necesse est accedat ad notae significationem simul certum aliquod rerum aut hominum genus, quod nota illa insigne est. Itaque eorum vis ac natura haec est, ut aeque atque adjectiva notionem nominum, quibus adduntur, angustioribus finibus circumscribant. Nam ambitus notionum pro notarum, quas amplectuntur, numero latius angustiusve patet; quo major numerus notarum est, eo angustius notio valeat necesse est. Ea enim est natura eorum, quae homines cogitant, ut notiones rerum non eaedem semper maneant, sed magis magisque excolantur. Scilicet hominum animus in rerum contemplatione occupatus in singulis, quae sub unam notionem cadunt, iterum animadvertit, quae sint dissimilia. Inde fit, ut una notio, quae primo menti humanae inest, in plures discedat partes vel species, in quibus similia sunt atque dissimilia. Quod si in populo aliquo obtinuit, necesse est aut nova recipiantur vocabula, quae singulas species denotent, aut addantur vocabulo, quo genus significatur, eae notae, quae desunt ad notionem certae speciei explendam. Idque munus adjectiva et quae eorum vicibus funguntur participia praestant, quippe quae numerum notarum, quae sub unum vocabulum subjectae sunt, augeant et novam speciem constituant. Atque in adjectivi locum tota sententia succedere potest, quae semper esse debet relativa. Arctissima enim est affinitas inter adjectiva et sententias relativas. Sin contra adjectiva

propria natura deposita notam significant, quae non semper sed semel tantum vel saepiu adhaerescat, vel talem, sine qua actio illa, quae verbo finito enunciatur, esse non possit, constructionis resolutione diversas rationes diversosque ut ita dicam respectus, qui interced notam illam et verbum finitum, denotari necesse est additis particulis quibusdam, e quibu verbum finitum nisi per hanc notam nullam ad nomen, cui subjunctum est, vim habere. igitur, de qua nunc agitur, est haec: quid interest inter participia et sententias relativas?

In qua quidem quaestione solvenda illud inprimis animadvertendum est aliam esse co nem nominis cum praedicato, aliam eam conjunctionem, quae intercedit inter nomen ejusq butum. In conjunctione enim nominis cum praedicato duae res coëunt in unum enunciatur sequitur, ut conjunctio illa, quae intercedit inter nomen et praedicatum, non sit perpetua et sed temporis finibus circumscripta. Nam omnia, quae enunciamus, in tempore ponamus ne quippe quod omnium, quae vel fieri vel cogitari possunt, extrema quasi sit condicio. Quod sit, enunciata relativa aeque atque omnia enunciata indicant animum loquentis in aliqua re c conjungenda occupatum esse. Prorsus diversa ratio intercedit inter nomen ejusque attributum enim adjectivorum attributivorum ea est, ut non significetur animum loquentis ad rem cum n conjungendam directum esse, sed potius ipsa illa conjunctio substantiae cum qualitate tanq planeque absoluta prae oculis ponatur, ita quidem, ut sub temporis terminos non cadat. junctione igitur nominis cum praedicato, quippe in qua cogitati forma verbis expressa sit, d ditur actus cogitandi ipse, at contra in conjunctione nominis cum attributo, cum cogitatio transacta sit, cernitur effectus illius actus; in hac duae res coëunt in unam notionem, in ill cogitationem. Conf. Schoemann Redetheile pag. 68. Igitur tenendum est primum quidem con participii attributivi cum nomine constantem tantum rei condicionem significari posse, deind conjunctione apparere actum cogitandi, quo res aliqua cum altera conjungitur, non praesen jam transactum. Utrumque vero arctissime inter se pro rei natura cohaeret. Consentane est eas tantum notas, quae propriae sint rei et ex ipsa ejus notione necessario ductae, conjunctas cum ea poni posse, eas contra, quae sint rei non semper adhaerescentes, se secus illatae, tanquam cum re conjunctas non poni, sed tantummodo huic rei pronuncian bui posse. Quodsi participium, quod est pro adjectivo, in sententiam relativam solvitu iterum propriam verbi naturam. Nam is verbi modus tunc eligendus est, qui conveniat rati intercedit inter loquentis cogitationem et ipsum illud, quod participio declaratum erat. Iten ralis nexus, quo sententia relativa cum primaria sententia conjungitur, accurate denotandus e enim actio relativo enunciato significatur, quoniam ea cum actione illa, quae in verbo finito sententiae inest, necessitate quadam cohaeret, fieri omnino non potest, ut inter utriusque tempora nulla intercedat conjunctio. Quae conjunctio denotatur iis verbi temporibus, quae s tiva. Id igitur tenendum est enunciato relativo nomini alicui attributum addi, quod forma v fertur. Quod autem verbi natura ea est, ut ponatur in rei praesentis aut actae vel futurae tione, inde elucet attributum sic declaratum tale esse, quod non significet perpetuam et c rei condicionem, sed temporis terminatione definitam. Jam vero omne attributum, quod ve profertur, hac ipsa forma adhiberi quoque potest ad significandam constantem ac perpetuam cujus condicionem, quoniam praesens tempus, quamquam proprie ponitur in praesentis rei tione, tamen non statim nos vetat cogitare eandem rem jam praeterito tempore fuisse vel fut futuram esse. Scilicet omnis status ejusmodi, qui semper adhaerescat rei alicui, hanc ipsan sam semper simul cum illa praesens sit necesse est. Accedit, quod notam, licet rei alicu

adhaerescat, tamen non opus est a scriptore tanquam perpetuum statum proponi. At contra non item licet notam, quae non propriam rei alicujus eique semper adhaerescentem, sed secundariam quandam rem exprimat, adventiciam illam et externam, tanquam perpetuum statum proponere. Quare sententia relativa semper adhiberi potest, sive singularis actio sive continuatus status denotandus est, participium autem adjectivi vi positum non nisi ita adhiberi potest, ut constantem statum significet. Quae cum ita sint, sequitur, ut omnia quae sunt pro adjectivis participia in sententias relativas solvi possint, non item in omnium sententiarum relativarum locum participia subjicere liceat.

His disputatis sponte elucet usum participiorum attributivorum magis circumscriptum esse quam sententiarum relativarum. Quare in comparando usu utriusque structurae rectissima ratio haec esse videbatur, ut a sententiis relativis proficiscentes easque in certas species discriminantes quaereremus, quatenus in earum locum participia succedere possent.

Primaria autem et naturalis vis pronominis relativi ea est, ut respondeat pronomini demonstrativo. Revocat igitur vel refert pronomen relativum, id quod ipsius nomen indicat, memoriam alicujus rei, cujus modo mentio facta est. Jam vero pronomen relativum memoriam rei modo memoratae ita revocare potest, ut ad eam novae cujusdam notae significatio accedat, quae ejus notionem angustioribus finibus circumscribat, ita ut relativo addito pars tantum quaedam certa et definita totius rei contineatur. Cujus quidem generis sententiae cum re, cui adduntur, in unum conveniunt ad novae notionis constitutionem, quae primariae notioni ita subjecta est ut forma vel species generi. Quod ubi fit, pronomine relativo, licet is, qui loquitur, de certis rebus cogitet, tamen animus audientis non ad certas res dirigitur, sed jubetur tantum in universum res respicere, quae ita comparatae sunt, sicut rei, de qua agitur, naturae id convenit. Quae igitur res ex infinita multitudine rerum, quae hanc in speciem cadunt, intelligendae sint, in incerto relinquitur; ex universa specie quaelibet exempla quodam arbitrio non tam eliguntur quam eligi jubentur. In ejusmodi sententiis pronomen relativum exuit vim suam demonstrativam, quoniam non tam demonstrat certas res quam describit earum qualitatem, ita ut ex nativa pronominis significatione nihil restet nisi notatio quaedam numeri et casus talium rerum, quales respicere jubemur pro natura rei, quae sententia relativa continetur.

Alteri generi sententiarum relativarum cum eo, quod primo loco posuimus, illud commune est, quod relativum memoriam rei modo memoratae revocat, ut notae cujusdam significatio addatur, qua constituatur novae speciei notio. Id autem discriminis intercedit inter utrumque genus, ut in priore de incertis rebus speciei sententia relativa definitae cogitandum sit, in altero omnes res hujus speciei respiciantur. Hoc quoque in genere relativum pronomen propriam significationem deponit, cum ad demonstrativam vim simul accedat conjunctionis significatio, cujus vis est condicionalis. Inde autem notio illa indefinita et generalis relativi nata est, quod ea, quae a toto quodam rerum genere sunt petita, cum ad unamquamque ejus generis rem referri possint, ita ponuntur, ut una tantum res vel complures accurate describantur.

Jam accedo ad tertium genus, in quo res aliqua vel persona ita demonstratur, ut possit ab aliis dignosci. Hoc in genere pronomen relativum propriam ipsius vim retinet, id est, respondet pronomini demonstrativo, sive id positum est sive cogitatione supplendum. Habet igitur pronomen relativum monstrationem certae rei. Quod fieri potest, si res, ad quam sententia relativa spectat, ultro se offert sensibus vel animo audientium, ut de ea excogitanda eos monere tantum necessarium sit. Jam vero unaquaeque res, licet antea fuerit incerta, tamen eo ipso, quod aliquid de ea pronunciatur, ex parte quidem fit certa, quippe quae animo audientium ita certe objiciatur, ut tanquam objectum enunciati alicujus inducatur. Scilicet qui aliquid, quidquid est, de re aliqua pronunciat, is

iis, qui audiunt, auctor est, ut ad rem, de qua hoc pronunciatur, animum dirigant. Quae c sint, discrimen, quod intercedit inter genera, de quibus supra egi, et hoc genus, est id, u generis relativa monstrent rem, illorum describant. In hoc genere non additur rei nova nota certae speciei notio constituatur, sed id tantum agitur, ut audientium animus ad certam rem c tatur ita quidem, ut de ea simpliciter aliquid pronuncietur, quod non debeat esse ex ipsa rei n necessario ductum eique quasi innatum, sed possit esse aliunde repetitum et extrinsecus illatun

Restat ut de quarto genere sententiarum relativarum dicam, in quo memoria rei modo n ratae ita revocatur, ut ei quasi narrando annectatur aliquid. Quo quidem in genere sententia r notioni, cui comitatur, neque addit novae cujusdam notae significationem, qua constituatur nova notionis species, neque habet certae rei monstrationem — notio enim rei jam per se defini neque, quae res intelligenda sit, opus est demonstrare — sed habet vim quandam copulativa epexegeticam, qua ex toto ambitu notarum, quem notio complectitur, una tantum profertur, eam mens audientium dirigatur. Itaque sententia relativa, quae tali ratione continetur cum no cui applicatur, respondet appositioni. Appositio enim est liberrima conjunctio duorum nom quippe cujus natura ea sit, ut duo nomina, quae tali ratione inter se continentur, ut unum explicetur, simpliciter juxta ponantur. Nam illud inprimis animadvertendum est permagni re utrum nomina duo vel plura per appositionem liberam, ut ita dicam, aggregentur, in qua si per se posita vim suam et significationem retinent, an ad certae cujusdam et propriae speciei co tionem conjungantur. Quae enim certam et propriam speciem constituunt, sive duo sunt sive plu unam significationem coëunt et aut unum aut omnia suam significationem immutant seu deponunt vel unius significationem adjuvant. Ea vero, quae per appositionem aggregantur, sicut a se invicem sunt, ita ex ipsis nihil evadit, quod unum sit. Itaque ratio duorum nominum, quae libera appo conjunguntur, proxime accedit ad eam, qua subjectum ejusque praedicatum continentur, ration quod inde facile perspici potest, quod unaquaeque appositio in sententiam explicativam solvi Sicut igitur pronomen relativum pro sua natura connectere potest inter se duas sententias, ita quoque potest, ut sit conjunctio quaedam libera inter nomen aliquod et totam sententiam. Conjuncti quae intercedit inter pronomen relativum et nomen, ad quod refertur, aut esse potest, ut dixi, copula ut „qui“ idem valeat atque „et is“, aut epexegetica, ita ut „qui“ idem valeat ac „talis enim“ vel „it

Igitur, ut ea, quae huc usque sunt disputata, breviter comprehendam, quadruplex sent relativarum usus reperitur. In primo genere describuntur incertae res certae cujusdam speci Jug. 2. 4: „cum praesertim tam multae variaeque sint artes animi, quibus summa claritudo certa species artium nota aliqua addita describitur, neque vero certae artes denotantur. genere universe omnes res significantur, quae constituunt certam speciem velut Cat. 1. 1: homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, summa ope niti decet“; totum genus comprehenditur ita quidem, ut pariter de omnibus hominibus hujus generis praedicatum sententiae valeat. Tertii generis sententiae relativae demonstrant certas singulas res velut „utraque his artibus auxerat, quas supra memoravi“; certas artes demonstrat relativum, ne sint. In quarto denique genere neque certa species nota aliqua addita describitur neque gulae res demonstrantur, sed notioni jam per se definitae quasi narrando annectitur al Cat. 1. 1: „ne vitam silentio transeant veluti pecora, quae natura prona atque ventri oboedie quo in exemplo sententia relativa neque totius generis singularis quaedam pars circumscri certae singulae pecudes demonstrantur, sed ex toto ambitu notarum, quem nomen „pecora“ tur, una quasi narrando profertur. Relativum autem idem valet atque „haec enim“. In

cadit Cat. 11. 3: „avaritia pecuniae studium habet, quam nemo sapiens concupivit“ nisi quod hoc in exemplo relativum est pro: „et hanc“.

Sed priusquam ad usum ipsum et ad exempla veniamus, illud nolo non monere difficillimum idemque gravissimum esse totam hanc quaestionem finibus certis neque nimis angustis neque nimis latis circumscribere. Nam tales quoque loci exstant, in quibus cum non multum afferat discriminis, sive participium ad vocabulum unum sive ad totam enunciationem trahimus, anceps sit judicium, utrum participium pro adjectivo an pro verbo haberi debeat. Nonnunquam enim participia mediam quandam vim obtinent inter verbi et adjectivi significationem atque ita quidem, ut intersit inter utramque interpretationem aliquid, sed non multum et tale, quod verbis vix exprimi possit. Hoc clarius etiam perspicimus, si ejusmodi exempla attendimus velut Cat. 52. 14: „ne — a multitudine conducta per vim eripiantur“. Jug. 46. 6: „munito agmine incedere“. Jug. 100. 1: „quadrato agmine incedere“. Quibus in locis participia adjectivi significatione posita esse videntur, ita ut unius vocabuli notionem accuratius describant. Multitudo enim conducta significat certum genus hominum, agmen munitum et quadratum certum genus agminis. Attamen si recte consideramus horum participiorum rationem, facile perspici potest ea praeter hanc significationem aliam quandam vim in his orationis partibus, ubi sunt posita, acquirere, ita ut agnoscamus naturalem verbi vim in iis non evanuisse. Pendent enim haec participia simul ex verbo finito ab eoque accipiunt terminationem temporalem, quoniam status participiis indicatus tantum temporis modo durat, quantum actio verbi finiti explet. Quare intercedit inter participia et verbum finitum relatio manifesta, quae qualis sit facile perspicimus, si pro participiis aliam orationis formam ponimus. Jug. 52. 14 poterat praepositio omitti, ut ablativi absoluti essent; poterant etiam separari sententiae sic: timens ne multitudo conduceretur et ab hac eriperentur. Inde apparet participium minime adjectivi loco esse. Item in duobus posterioribus exemplis participia, cum pro ablativis absolutis haberi possint, in sententias temporales solvere licet.

Quae modo disputata sunt satis docebunt, quam difficile sit in ea, quam instituimus, quaestione fines certos constituere, quantaque cautio adhibenda sit, ne talia confundamus, quae ut specie similia, ita re plane diversa sunt. Sed missis his ambagibus ad quaestionem quam nobis proposuimus solvendam ea tantum exempla adhibebimus, in quibus nulla dubitatio relicta sit, quin participia propria verborum vi sublata eandem atque adjectiva significationem habeant.

Hanc normam si observamus, sponte elucet sententias relativas ejus generis, quod altero loco posui, ubi pronomen relativum praeter demonstrativam vim adsciscit condicionalem significationem, ita ut omnes res, quae cadunt in certam speciem, denotentur, in hunc orbem, quem circumscripsimus, incidere non posse. Nam in ejusmodi locis etsi sententia relativa ita posita est, ut ejus vis ac potestas videatur ad unum cui adjungitur nomen pertinere, tamen si veram vim ejus sententiae spectamus, videmus pertinere ipsam quoque ad totam enunciationem, ita tamen, ut ejus vis propterea tantummodo ad reliquam enunciationem valere videatur, quod res, quae in verbo finito primariae sententiae inest, spectat ad istud nomen. Nam in ejusmodi sententiis aliquid ponitur, sine quo alterum, quod in verbo finito enunciatur, aut esse non potest aut non est. Quare si in talium sententiarum locum participia substituimus, ea pro veri nominis participiis habere, si non opus est, at certe licet. Sed liceat mihi exemplo uti. Liber, quem Sallustius de conjuratione Catilinae scripsit, incipit his verbis: „omnis homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, summa ope niti decet“. Quo quidem in loco sententia relativa nihil sibi vult nisi ut nomen ipsum, cui apposita est, accurate et distincte definiatur, ita ut certae speciei notio oriatur. Homines qui sese student praestare quodammodo opponuntur hominibus, qui sese non student praestare, vel de iis tantum omnium hominum

sermo est, qui sese student praestare. Itaque ex toto ambitu nominis, qui hoc loco ample omnes homines, pars tantum sumitur. Jam vero participium si adhibemus: omnes homines prae ceteris animalibus sese studentes, duplex interpretatio locum habere potest. Si adjectivum esse tuimus, eandem vim ei tribuere debemus atque sententiae relativae. Sin vero participium pro adje non habemus, debemus locum aliter interpretari. Nam participium, quod propriam verbi vim re non nomen ipsum artius definit, sed continet totum nomen id est omnes homines. Itaque non alt genus hominum alteri opponitur, sed de omni genere hominum pariter agitur, in omnes hon pariter cadit, quod verbo finito enunciatur, attamen ea condicione, ut studeant. Quod autem ad sum attinet, nihil refert, utrum hanc an illam interpretationem amplectamur, id quod maxime spicitur comparatione instituta cum nostra lingua. Haec structura ita vertenda est: alle Mens wenn sie sich um Auszeichnung bemühen, illa: alle sich um Auszeichnung bemühenden Mens ita ut videas has structuras inter se permutari posse atque ita quidem, ut nihil prorsus inter ut que intersit. Quare hoc quidem capite, quo agitur de iis participiis, quae sunt pro adjectivis butivis, dicendum erit tripartito.

Ac primum quidem de eo genere agendum est, in quo participia respondent sententiis r vis, quibus incertae res certae cujusdam speciei describuntur. Ceterum ut hoc primum mo multo latius patet usus participii perfecti passivi quam praesentis activi. Quamquam hic quoqu apud Sallustium aeque atque apud Caesarem magis circumscriptus est, quam apud Ciceron Livium, apud quos etiam comparationem admittunt ejusmodi participia. Eorum participiorum, vulgo futuro passivi adscribuntur, re vera autem praesenti passivi attribuenda sunt, apud Sal quidem nullum reperio exemplum, quod sit non ad verbum finitum, sed ad aliam sententiae ita relatum, ut adjectivi attributivi locum obtineat. Quamquam apud alios scriptores hic usu reperitur, apud quos, ut exemplum ponam, laudandus is significatur, qui ut laudetur fieri po qui laude dignus sit, neque negligendum, quod Walchius ad Taciti Agricolae p. 352 monui participia propterea in hunc sensum usurpata fuisse, quod adjectiva in „ilis" deessent. Omni modi participia, quae apud Sallustium leguntur, aut retineat propriam verbi significatione oppositionem contineant rei verbo finito indicatae velut Cat. 10. 2, aut vim praedicati hab Jug. 3. 1. Usus participii futuri activi, si discesseris ab uno loco, Jug. 27. 3, ubi pa „futurus" adjectivi significatione positum est, apud Sallustium nullus est, atque omnino inferioris demum aetatis participio futuri activi hoc liberiore modo usi sunt. Quod autem praesentis activi minus apta sunt, quae in adjectivi significationem abeant, quam participi passivi, ejus rei causa quaerenda est in ipsorum vi ac natura. Activorum enim verbor est, ut actio quaedam proprio suo subjecto tribuatur, ex quo tanquam ex fonte suo pr passivorum autem natura est ea, ut actio aliqua quasi egressa potestatem subjecti proprii ralis ad finem suum adducatur, ita ut proprii subjecti partibus obscuratis ea res potissim tangitur hac actione, maximum habeat pondus. Quodsi verbum activum per participiu alicui additur, quod pendet ex verbo finito, fieri non potest, quin scriptor actionem, q cipio indicata ab illo nomine proficiscitur, aliter atque ita exprimat, ut ab ipso verbo poralem recipiat terminationem. Omnis enim actio, cum in certa aliqua re ponatur, tantum aliquid denotat, quod semel modo fit, quod quo tempore fieri cogitandum sit, declaratur. Quare notio actionis, quae vero ac proprio sensu ita nominatur, huc non perti tantummodo verba activa excipiuntur, quorum participia praesentis, si cum genetivo con excedunt temporis terminos et in adjectivorum naturam transeunt. Cujus rei causam H

schol. Reisig. ann. 527. Multo aliter se res habet in participiis verborum, quae sunt passiva potestate. Verbi enim actio ab origine sua, ut ita dicam, omnino separata cogitari potest, ita ut effectus tantum ejus actionis in nomine conspicuus sit, cui participium adjungitur. Effectus autem talis esse non debet, qui omnino pendeat ex verbo finito, sed talis cogitari potest, qui cum actio subjecti, quae est ejus causa, praeterita planeque absoluta sit, tamen ipse perpetuus sit ac constans, ita ut non ex verbo finito pendeat, sed a scriptore tanquam adjectivum nomini tribuatur. Quare deponentium verborum participia, quoniam effectum actionis significant, qui ita a propria sua causa et fonte remotus cogitatur, ut ipse novae actionis naturam ab alio subjecto proficiscentis induat, non aliter nisi propria verbi significatione ex verbo finito pendentia auctor inducere potest, nisi forte deponentia ipsa passivo sensu usurpantur, id quod Sallustio usitatissimum est.

Sed redeat, unde devertit, oratio. Participia perfecti passivi, quae huc pertinent, sunt talia: Cat. 3. 2: „arduum videtur res gestas scribere“, Cat. 11. 6: „tabulas pictas, vasa caelata mirari“, Cat. 56. 3: „alii praeacutas sudis portabant“, Jug. 12. 5: „scrutari loca abdita, clausa effringere“, Jug. 48. 2: „per tramites occultos“, Jug. 58. 7: „in loca munita sese recepit“, Jug. 75. 4: „quam plurimum potest domiti pecoris.“ In omnibus hujus generis locis ambitus notionis, cui additum est participium, angustioribus finibus circumscribitur, ita ut ex duabus vocibus simul junctis notio fiat, quae primariae notioni subjuncta sit tanquam species vel pars generi. Omnium horum participiorum id commune est, quod actio aliqua quasi egressa potestatem subjecti proprii et naturalis ad finem suum adducta est, ita ut proprii subjecti partibus obscuratis ea res tantum, in qua cernitur effectus illius actionis, respiciatur. Sed omnium etiam illud commune est, quod constantem quandam rei condicionem denotant. Utrumque autem arctissime inter se cohaeret, cum id agitur, ut audientium animo certae speciei cogitatio offeratur.

Nam primum quidem, si quis effectus ab actione certae personae effluxisse significatur, cum sic ad originem suam revocetur, fieri non potest, ut is tanquam perpetuus status accedat ad nomen eodem modo, quo adjectiva attributiva, quae condicionem continuatam significant. Scilicet quod supra monui participia praesentis activi ad denotandas perpetuas rerum condiciones ideo minus accommodata videri, quod actionem exprimant, quae proprio suo subjecto tribuatur, idem cadit in ejusmodi participia perfecti passivi, quorum effectus ad actionem certae personae revocetur. Id ne aliorsum accipiatur atque ego accipi volo, jam mentem meam in aliquo exemplo accuratius explicabo. Dicit Sallustius Cat. 11. 6: „tabulas pictas mirari“. Si Sallustius certam personam, a qua tabulae pictae essent, addere voluisset, non scripturum eum fuisse putare debemus veluti tabulas ab Apelle pictas, sed tabulas, quas Apelles pinxerat. Scilicet „tabulae pictae“ significant certam speciem tabularum; sin vero persona additur, non tam certa tabularum species constituitur, quam certae singulae tabulae denotantur. Cujus rei quae sit causa, quo facilius perspiciatur, paulo altius est repetendum. Nominum eorum, quae grammatici appellativa vocant, natura ea est, ut universum numerum notarum, quae genus aliquod constituunt ejusque notionem quasi implent, menti humanae offerant. Sunt enim haec nomina earum, quae jam suapte vi et natura menti humanae insunt, notionum quasi externa signa, quae tantum ponere opus est, ut is, qui audit, in toto complexu, ut ita dicam, notarum, quas notio vocabuli continet, defixam mentem teneat. Scilicet nisi notio alicujus rei sua ipsius vi ac natura menti humanae inest, non potest is, qui audit, juberi una cum voce cogitationem certarum quarundam notarum conjungere. Jam vero id, quod menti humanae inest, non nisi argumentum maxime generale esse potest. Nam quamvis omnis scientia humana principium ducat non ab universis, sed a singulis, tamen eorum natura intelligi et penitus perspici non potest, nisi accesserit alterum, ut perspiciatur, qua

ratione singula et inter se et cum universis, id est cum toto genere, cujus partes sunt, contin
Sic homines a rebus, quae sub sensus cadunt, revocati ad id cogitando ascendunt, quod i
fundamentum est. Itaque cum generalia illa, de quibus diximus, sine singulis non recte poni
singula sine generalibus recte intelligi possint, animus hominum in investiganda rerum natura
patus semper revocandus est et ad contemplationem singulorum et ad percipiendam istam, d
diximus, rationem. Sic nascuntur in animo humano notiones rerum, quae semper sunt gen
quippe quarum argumentum, quamvis multis singulis rebus insit, tamen unum sit atque per se
stans separatis omnibus iis rebus, quae in eas cadere easque quasi implere possint. Jam r
unde profecta est, disputatio. Nomina appellativa, ut supra dixi, offerunt animo certae notionis
tationem et ita quidem offerunt, ut jam antea suapte vi et natura animo insit. Quare eorum
mentum nihil esse potest nisi generale aliquid. Nomina autem adjectiva tales notas significant,
rebus diversorum generum pariter adhaerescere possint vel rebus ejusdem generis, prout in ha
illam speciem cadunt, aut adhaerescant aut non adhaerescant. Quae cum ita sint, elucet adj
tales notas denotari, quae, licet non sint propriae notioni generis, tamen notioni speciei al
propriae esse possint. Nam sicut notio generis alicujus in mente humana tanquam perfecta et
luta versatur, ita notio quoque speciei inest menti. Unde sequitur, ut hujus notionis argument
ipsum esse debeat generale. Jam vero participium proprio ejus subjecto addito effectum sign
qui cum actione illa, ex qua proficiscitur, conjunctus indicatur. Id autem, quod fit, non gen
sed singulare aliquid est et unum, quoniam unaquaeque actio in certa aliqua re ponitur. I
effectus omnis, qui non prorsus sejunctus atque separatus est ab actione, ex qua proficiscitur, s
lare aliquid denotet necesse est neque ita accedere potest ad nomen, ut novae speciei notio or
sed nihil nisi certam aliquam rem indicat. Quae vis num tribuenda sit participiis, ut certam ali
rem vel personam indicent, hac de re infra dicendi locus erit. Sed liceat mihi rem, de qua
egi, etiam ab alia parte aspicere. Consentaneum est pro rei natura participium verbi simplicis
semper sufficere ad addendam nomini notam aliquam, qua constituatur certae speciei notio.
enim ea sit participiorum attributivorum natura, ut constantem rei condicionem denotent, facile i
ligitur alia additamenta ad ejusmodi participia accedere non posse, nisi quorum haec sit ratio, ut
participiis coalescere quasi et conglutinari possint. Longe alia ratio est eorum additamentorum,
ad participia veri nominis fiunt. Sicut enim ejusmodi participia statum indicant non continuatum
temporis terminis definitum, ita conjunctio quoque, quae intercedit inter haec participia eoru
additamenta, non est perpetua, sed talis, quae tantum temporis modo duret, quantum verbi finiti
explet. Quibus disputatis sponte deducimur ad alteram causam, unde eluceat ad participia attrib
ablativum personae alicujus accedere non posse. Nam si persona ad participium accedit, eff
simul cum actione, quae est ipsius causa, ponitur. Jam vero cum omnia additamenta, quae ad
ticipia attributiva fiunt, iis tam arcte adhaerescant, ut fere unam notionem efficiant, cumque eff
ejusque causa tali ratione inter se contineantur, ut in unam significationem coire non possint, e
fieri non posse, ut participio attributivo addatur persona, a qua actio, cujus effectus participio
catur, suscepta est.

Alterum est, quod participia attributiva semper constantem et perpetuam rei condicionem s
ficant. Inde elucet participia multorum verborum omnino non esse apta, quae tanquam att
ad substantiva accedant. Verba tantum, quae caussativa appellantur, quaeque actionem talem signif
qua objectum aliquod afficiatur aliquo modo et mutetur, huic usui accommodata esse videntur
„caelare, pingere, praetexere, armare, munire, domare". At contra participia eorum verborum, qu

actione objectum aliquod tantum vel proprio vel translato sensu tangitur ita quidem, ut ejus natura non mutetur, non possunt pro adjectivis usurpari. Huc pertinent omnia verba, quibus actio significatur, quae per hominum sensus vel animum fit veluti „audire, dicere, memorare, cogitare“. Neque magis participia eorum verborum in adjectivi vim transire possunt, quorum actione res aliqua simpliciter efficitur vel procreatur veluti „scribere, aedificare“. Nam notiones rerum, quae menti humanae insunt, per se constant et a rebus ipsis prorsus sunt sejunctae ac separatae, ita ut nihil faciat ad notiones ipsas definiendas, sive res, quae sub eas cadunt, existunt sive non existunt. Itaque participia eorum verborum, quorum actione efficitur, ut aliquid sit, non ita accedere possunt ad nomen aliquod, ut ex duabus vocibus junctis oriatur novae speciei notio. Certe, ut exemplum ponam, notio „domus“ nihil mutatur, sive participium „aedificata“ accedit sive non accedit. Hoc ipsum non minus etiam valet de participiis eorum verborum, quae habent contrariam ei, de qua modo dixi, significationem. Potest enim actio talis esse, ut objectum, quod tangitur hac actione, pereat veluti „delere“.

Unum exemplum reperitur apud Sallustium, ubi participium „aedificatus“ pro adjectivo usurpatum est. Consentaneum autem est hic participium nude positum non sufficere ad qualitatem nominis definiendam et notionem certae speciei animo offerendam, sed necesse esse addi aliquid, quo denotetur, quo modo actio effecta sit. Legitur locus Cat. 12. 3: „operae pretium est, cum domos atque villas cognoveris in urbium modum exaedificatas, visere templa deorum, quae nostri majores, religiosissumi mortales, fecere“. Hoc in exemplo cum denotetur, quomodo domus et villae exaedificatae sint, certa species domorum et villarum significatur. Non id agitur, ut certae singulae domus et villae monstrentur, sed tantum id, ut ejusmodi domos et villas esse significetur. Sed vide, quam diversa sit condicio sententiae relativae, quae in altero enunciati membro legitur. Nam cum vix alio exemplo luculentius demonstrari possit, quid intersit inter utramque structuram, hoc loco mihi liceat in transcursu tangere rem, de qua copiosius infra dicendum erit. Sententia relativa Sallustius monstrat quasi certa templa, ut possint dignosci ab iis templis, quae suo tempore aedificata sint. Qualia sint haec templa, non describitur, immo vero non sine quodam acumine certa tantum templa simpliciter denotantur. Nam multum facit ad orationis vim instinctius proferendam et augendam, si certa templa legenti quasi prae oculis ponuntur nulla mentione injecta, qualia essent illa templa, cum scriptor malit ad rem sua mente amplius adumbrandam lectorem invitare quam ipse diserte significare, quid intersit inter utriusque generis aedificia. Accedit, quod frigidum atque molestum fuisset dignitatique templorum non conveniens, si attributo aliquo simplicitatem et exilitatem horum templorum accurate describere voluisset.

Porro usurpantur adjectivi vi participia nonnullorum verborum, quorum actione objectum tantum tangitur, ita ut non immutetur. Quod ubi fit, scriptor non tam statum vel condicionem, quae actione aliqua effecta est, spectari vult quam actionem ipsam. Saepe enim res aliqua ita comparata est, ut, si actio certa in ea effecta esse significatur, inde simul colligere liceat, cujus generis res ipsa sit. Nam notio certi generis vel speciei sic jam satis est definita et terminis quasi circumscripta, ut ultra quid cogitari possit non relinquatur. Huc pertinent talia exempla. Or. Lepidi 25: „adnuite legibus impositis“. Participio non denotantur certae leges, sed certa species legum; intelligendae sunt leges, quae sunt per nefas datae. In hujusmodi exemplis ablativus personae alicujus ad participium accedere potest. Or. Philippi 7: „nunc est pro consule cum imperio non empto sed dato a vobis“. Quo quidem in loco participia adjectivi significationem habent; actio enim in iis latet, quae, quamquam semel modo facta est, tamen talis est, unde, qualis sit res, in qua effecta est, conjicere liceat. Nam quod imperium datum, non emtum est, inde intelligi potest, quale sit, scilicet legitimum.

Neque negligendum est his participiis, quippe quae apposita sint nomini abstracto, al tionem adhaerescere non posse. Nam omnino animadvertendum est omnia, quae ad no accedunt, additamenta pro rei natura talia esse, ut, licet sint adventicia et extrinsecus inde conjici possit de certa qualitate. Simile exemplum legitur Or. Macri 1: „quid inte ribus relictum vobis et hoc a Sulla paratum servitium interesset". Ab externis actioni jus et servitium revocanda sunt, simul judicare licet, qualia sint.

Denique animadvertendum est etiam participium perfecti passivi verbi „mittere" usurpari ita quidem, ut de continuato statu, qui ex actione effecta proficiscatur, ne co possit. Notio certae speciei eo constituitur, quod effecta actio rei adjungitur, id q potest nisi, cum species certa a ceteris speciebus ejusdem generis eo differt, quod in e ut actio ponatur. Quare participium transit in significationem adjectivorum in „ilis" exe cum species, de qua agitur, talis sit, in qua actio semper perfici possit, actio ipsa ta re perfecta significatur. Scilicet quod quolibet temporis momento fieri potest, tanquan proponere licet. Quod cum ita sit, nihil interest, utrum actio re vera effecta sit necn apud Sallustium quidem omnes loci ita comparati sunt, ut de effecta jam actione c Hujus generis sunt exempla haec: Jug. 57. 6: „nam plerosque jacula tormentis aut volnerabant". Jug. 58. 3: „sed tela eminus missa remittere". Jug. 101. 4: „ab j emissis corpora tegere". Notio speciei nostra quidem lingua facile reddi potest; nos geschosse; in eo autem, quod primo loco posui, exemplo haec species additis ablativis partes distribuitur, ubi germanice vertimus schwere Wurfgeschosse et leichte Wurfgeschos

Sed ut ad cetera, quae hoc de genere dicenda sunt, pergamus, participiis quo activi nonnunquam, quamvis raro, pro adjectivis uti licet. Hoc ita tantum fieri potest, non singulare aliquid denotet, quod semel modo fiat, quod, quo tempore fieri cogitan finito declaretur, sed qualitatem exprimat perpetuam semperque nomini alicui adhaeres „patiens" significat hominem, qui insignis est virtute patiendi. Participium enim propri patum actionem significat certa in re positam ideoque objectum, in quod actio re ve casu ponitur, quem verbum postulat, ex quo nascitur participium. Sin vero adjectivi genus tantum actionis significat, quod tanquam continuata condicio nomini adhaeresc opus est, ut talis actionis notio objecto aliquo addendo compleatur, genetivus eligendu solus accommodatus est ad nomina inter se conjungenda. Itaque ut in eodem exem „patiens" si verbi naturam retinet, significat statum patiendi nunc, sin vero adjectivi designat nobis naturam ingeniumque ad patiendum, non cogitandum est de certa sing passio cernitur, sed tantum in universum de certa virtute, qua si quis praeditus est, usu veniet, ad patiendum aptus erit. Quae cum ita sint, illius generis participia, actio in certa re posita singulare aliquid significet, non possunt universum personar tantum certas personas significare; cujus rei quae esset causa jam antea exposui. generis participia, quorum causa prorsus est generalis, notionem universi generis pe tuere possunt. Igitur in exemplo, quod legitur Jug. 38. 1: „missitare supplicantis l certo actu supplicandi cogitandum est, quasi legati re vera supplices extiterint, im legatorum genus denotatur, ut sensus idem sit, acsi Sallustius dixerit: „missitare le plicarent" (Bittgesandtschaften).

Sed si omnes, quotquot leguntur apud Sallustium, locos accuratius examin activa significatione iis tantum nominibus apposita esse reperimus, quae personas sign

vero iis, quibus res intelligendae sunt. Cujus rei satis memorabilis inde causa repetenda est, quod Latini sermonis non pariter ac nostri fert consuetudo, ut res inanimae ita inducantur, ut viventium instar et anima fruentium habeant. Inde enim factum est, ut in Latino sermone nomina, quibus res inanimae significantur, non ita ponerentur, ut subjecti locum tenerent. Scilicet in nostra lingua non dubitamus rebus inanimis id tribuere, quod re vera animantium tantum proprium est, ut pro subjecto positae quasi rerum animalium imaginem repraesentent, quae suam habent actionem et passionem. Apud Latinos vero constat nomina potissimum, quibus res animales significantur, subjecti locum tenere, res autem inanimas in aliis enunciati locis positas esse, ubi secundariam quandam, ut ita dicam, vim habent. Quamquam Latini non prorsus hunc, de quo agimus, usum evitarunt. Apud Sallustium quidem non amplius decem loci leguntur, ubi verba, quae propria sunt in hominibus bestiisque, transferuntur in inanimas, quae sunt in rerum natura vel hominum manu et opera factae. Multo latius patet, ut hoc praeteriens moneam, ejusmodi translationum genus, ubi verba, quae propria sunt de rebus animalibus, transferuntur in res, quae sub sensus non cadunt, sed animo tantum et cogitatione comprehenduntur. Jam consentaneum est pro rei natura Sallustium, si omnino illud translationum genus evitavit, quo quae propria sunt in rebus animalibus vocabula transferuntur in inanimas, multo minus participia verborum actionem significantium, quae in animantibus tantum propria sunt, ita apposuisse rebus, ut cum illis in unam significationem coëuntes propriae speciei notionem constituerent. Quare talibus locis plerumque ita se expedit auctor, ut utatur pronominis relativi ablativo, ex quo pendet verbum passiva forma positum velut Jug. 2. 4. Nam ut supra dictum est, cogitatio cujuslibet rei vocabulo aliquo posito ita tantum animo offerri potest, ut notio hujus rei jam suapte vi ac natura menti humanae insit. Jam quamquam persaepe inter scribendum aut dicendum fit, ut rem aliquam contemplantes incidamus in alterius cujusdam rei cogitationem, quae propter singularem aliquam et insignem similitudinem sua sponte sese ingerit animo atque obtrudit et quodammodo nobis nihil suspicantibus succedit in locum propriae rei, ita ut jam sua ipsius vi ac natura menti nostrae inesse videatur, tamen aliud est ipsum in cogitationem alterius cujusdam rei incidere, aliud a lectore postulare, quod nunquam postulandum erit, ut ejusdem imaginis cogitatione animus ejus percellatur. Quare si scriptor ejusmodi translatione utitur, ut rei alicui anima carenti verbum attribuit actionem significans, opus est eum hoc ita facere, ut ipsum actum cogitandi, quo illa res cum actione conjungitur, significet, id quod, ut supra exposui, ita fit, ut actionem proficisci ab illa re enuncietur, certe non potest effectum tantum illius cogitationis designare, quasi conjunctio rei cum actione tanquam notio certa et absoluta animo audientium insit. Scilicet in ejusmodi translatione latet loquentis judicium aliquod, quod ut commune sit audientium, non est postulandum. Quae cum ita sint, conjunctio illa rei cum actione non potest proferri tanquam notio aliqua, quae in communi omnium hominum sensu insit, sed tanquam singulare judicium, id quod fit per enunciationem, nam in omni enunciatione latet loquentis judicium.

Sed tantopere Sallustius hunc participiorum usum evitat, ut ne praedicati quidem locum apud eum alia participia teneant, nisi quorum subjectum persona aliqua est velut Jug. 11. 3. Quae res sane est memoratu dignissima. Ceterum debent etiam talia exempla memorari, quae specie, non re ipsa regulae illi repugnent. Ac primum quidem singulare quiddam est, quod in usu substantivi „animus“ animadvertere licet, quod persaepe pro homine ipso ponitur, velut Jug. 1. 3: „qui (animus) ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est“ Cat. 5. 4: „animus audax, subdolus, varius, cujus rei libet simulator ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus“. Excipiuntur porro nomina rerum, quae in locum personarum succedunt

velut Jug. 89. 4: „erat — oppidum magnum atque valens“. Denique quod modo docui, i in participia verborum, quae, licet forma eorum sit activa, tamen non actionem significant, s aliquem velut Jug. 83. 1: „nec florentis res suas cum Jugurthae perditis misceret“ Ju „modo eminentibus saxis nisus“ Jug. 105. 3: „Volux — in campis patentibus — sese oste

Alterum enunciatorum relativorum genus posuimus illud, quo res aliqua vel persona stratur, ut possit ab aliis ejusdem generis dignosci. Hoc autem genus, quomodo differat quod adhuc explicavi, facile est intellectu. Illius generis sententiae relativae attributum quod cum nomine, cui aggregatur, ad certae cujusdam et propriae notionis constitutionem co Quae quidem conjunctio cum sit perpetua et constans, ita ut nota, quae sententia relativa scribitur, semper simul cum re ipsa, cui apponitur sententia relativa, praesens sit, sequitur bum finitum, quocum nomen est copulatum, non tantum spectet ad nomen solum sed etiam tentia relativa necessitate quadam cohaereat. Inde elucet fieri omnino non posse, ut inter sententiae tempora nulla intercedat relatio. Quare in ejusmodi sententiis relativis praesen adhibendum est vel in narrandis rebus imperfectum, quippe quod rem significet, quae tempore simul cum altera re praesens erat. At contra alterius generis sententiis relativi dispar cum nomine, cui adjunguntur, necessitudo tribuenda est. Nam hujusmodi sententiae non addunt nomini, cui appositae sunt, novae cujusdam notae significationem, quae cum notione ad novae speciei constitutionem conjungatur — primaria enim notio sententia relati nihil immutatur — sed tantummodo certae cujusdam rei cogitationem eo ipso offerunt anim de ea aliquid pronunciatur. Quod quidem cum non debeat proprium esse rei aut ex eju necessario ductum, elucet cum re non nisi ita conjungi posse, ut ex illa conjunctione nihi quod unum sit. Jam vero sententia relativa si cum nomine, cui adjunctum est, nullo i naturali vinculo cohaeret, sequitur, ut cum verbo finito primariae sententiae non magis c Quod cum ita sit, in ejusmodi sententiis relativis temporis notatio non subjungenda est ve primariae sententiae, sed sui juris esse potest. Cujus rei nescio an nullum luculentius e afferri possit quam locus, qui legitur Jug. 70. 1: „cujus impulsu Jugurtha deditionem, q deseruit, inceperat“. Quae quidem sententia relativa nihil sibi vult nisi ut, quae deditio in sit, significetur. Verbum, quod in hac sententia legitur, significat actionem, quae qua rati tineatur cum actione alterius sententiae, orationis forma non prodit. Nam perfectum, quod cum a grammaticis appellatur, positum est, quod in narrandis rebus est proprium. Praeter ipso loco videmus ne id quidem participium poni potuisse, quod est pro adjectivo. Sed Sallustium scripsisse: cujus impulsu deditionem metu desertam inceperat. Jam vero actio in deditione effecta significatur; conjunctio, quae intercedit inter effectum illius actionis et d tanquam facta ponitur, ita ut hae notiones junctae objectum fiant actionis incipiendi. Quar est nos totum locum sic interpretari, quasi praecesserit actio deserendi, cujus effectus indicatur, actionem incipiendi, id quod propter rectum rerum progressum fieri non potest; vera res ita sese excipiunt, ut deditio incepta sit, priusquam desereretur. At contra in nost nihil prorsus habet offensionis, si dicimus: „auf dessen Antrieb er die im Stich gelassene angefangen hatte“ eo sensu, ut deditionem inceptam esse intelligamus, priusquam desereret autem hic usus alienus est a Latini sermonis consuetudine, ejus rei causa quaerenda ess cum in natura atque indole linguae ipsius, tum in eo, quod Latini articulo caruerunt. Si est ejus loci, qui legitur Cat. 51. 5: „bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, rum civitas — infida atque adversa nobis fuit“. Sententia relativa certum bellum ita denot

ceteris bellis ejusdem nominis possit dignosci; inter hanc sententiam et sententiam primariam nulla intercedit temporalis conjunctio. Nam Sallustius utitur in sententia relativa perfecto historico, quod scribere nullo modo potuit, si subjungere voluisset in sententia relativa temporis notationem verbo finito, sed imperfectum unum aptum fuit.

Sed quae hucusque disputavi, ideo a me prolata sunt, ut intelligeretur, inter ejus, de quo nunc agitur, generis sententias relativas et verbum finitum primariae sententiae nullam intercedere debere temporalem relationem. Quamquam hoc non ita intelligi volo, quasi omnino fieri non possit, ut scriptor, qualis inter utriusque sententiae tempora intercedat temporalis nexus, orationis forma declaret. Ejus rei quod contrarium est exemplum reperitur Jug. 16. 2: „decretum fit, uti decem legati regnum, quod Micipsa obtinuerat, inter Jugurtham et Adherbalem dividerent", ubi plusquamperfecto posito scriptor indicat rem, quae in sententia relativa insit, eo tempore, in quod actio primariae sententiae cadat, prorsus jam transactum esse. Simul hic locus et ipse documento potest esse id, quod in nostro sermone facile ferri potest, in Latino ut vitiosum notari debere. Scilicet non est, quod aliquis reprehendat, si dicimus: es wird der Beschluß gefaßt, daß zehn Gesandte das vom Micipsa behauptete Reich theilen sollten. At contra in Latino sermone non licet participium ponere. Nam si locus mutata structura legitur talis: „uti legati regnum a Micipsa obtentum dividerent" tum participium non minus quam nomen, quocum est conjunctum, pendet ex verbo „dividere", ita ut actio dividendi non simpliciter fiat respectu regni, sed ejus regni, quod sit in tali statu, qualis participio indicatur. Nam ejus, quod ex praeteriti temporis participio oritur, adjectivi notio ea est, ut statum actionis perfectae praesentem esse indicet. Quare necesse est actio obtinendi, cujus effectus participio continetur, non modo praecesserit actionem dividendi, sed talis sit, cujus effectus usque ad alteram illam verbo finito declaratam pertineat ac duret. Re vera autem eo, quo regnum divisum est, tempore Micipsa jam mortuus erat.

Jam de re ipsa, quae in disceptationem vocata est, ea fuit sententia mea, ut ejusmodi enunciata relativa, quibus certae res denotarentur, cum participio commutari non posse existimarem. Nam sicut in illo genere, quod primo loco posui, participium pro sua natura ac significatione legitima quasi est structura, ita in hoc, de quo nunc agimus, genere sententia relativa proprium ipsius locum obtinet. Scilicet hoc in genere id potissimum agitur, ut aliquid de re aliqua pronuncietur; res aliqua, quae antea fuit ignota, eo ipso, quod aliquid de ea pronunciatur, fit insignis et quodammodo conspicua. Ejusmodi autem vis participiis adjectivi significatione positis attribui non potest, cum in conjunctione nominis cum adjectivo duae res coëant in unam notionem, quae pro sua natura fieri non potest quin sit generalis, ita ut jam sua ipsius vi menti humanae insit, id quod supra demonstravi. Quare quae tali conjunctione inter se copulantur, non possunt indicare certas singulas res. Quod autem in Graeco sermone pariter atque in Germanico participia adjectivorum loco ita usurpantur, ut denotent certas res, ejus rei causa posita est non tam in natura ejusmodi participiorum, quam in articulo, qui cum iis conjungitur.

Jam singulas sententiarum relativarum species, quae huc pertinent, persequamur. Ac primum quidem, quod non alienum est a Germanici sermonis consuetudine, participia: „dictus, vocatus, nominatus, commemoratus" cum articulo et adverbio aliquo veluti „sic, supra, infra etc." conjuncta adjectivorum loco usurpare, id non concessum esse in Latino sermone, saepe a grammaticis observatum est. Scilicet ejusmodi additamenta, cum nihil faciant ad notionem, cui adjunguntur, accuratius definiendam, sed tantummodo usurpentur ad certam rem vel personam denotandam, non possunt ita aggregari ut adjectiva attributiva, quae ad certae cujusdam et propriae notae constitutionem cum

nomine aliquo conjunguntur. Quare semper talibus locis orationis forma est haec: quem vel d supra memoravi veluti Cat. 5. 7: „utraque his artibus auxerat, quas supra memoravi“. Cat. 2 „Q. Curius, de quo paullo ante memoravi“.

Atque omnino sententia relativa semper adhibenda est, ubi ad participium, si poneretur, tivus personae alicujus cum praepositione „a“ conjunctus accederet necesse esset. Nam ut s docui, addito proprio et naturali subjecto, a quo actio, cujus effectus participio indicatur, effi specialis redditur participii causa, ita ut non nisi certam rem significare possit, id quod abhorr propria ejus vi ac natura. Conf. Jug. 5. 1: „bellum scripturus sum, quod populus Romanus Jugurtha rege Numidarum gessit“.

Nec magis ea, quae ex participio praesentis orta sunt, adjectiva ita adhiberi possunt, ut tam rem sive personam indicent. Nam ut supra explicavi, participia praesentis activi, si adje significatione usurpantur, perdunt vim actionis, quae vero ac proprio sensu ita nominatur, cum denotent actionem aliquam in certa aliqua re positam et vere jam exstantem, sed tantummodo sig ficent genus quoddam actionis, quod nomini alicui adhaerescat, quodque occasione oblata fore suscipiatur consentaneum sit. Quae cum ita sint, facile est intellectu ejusmodi participia non ce singulas res, sed totum modo rerum genus significare posse. Huc autem pertinent ejusmodi sent tiae relativae. Jug. 16. 1: „vicit tamen in senatu pars illa, quae vero pretium aut gratiam antefe bat“. Cat. 14. 7: „juventutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum honeste pudicitiam habuiss Cat. 6. 1: „urbem Romam — condidere — Trojani, qui Aenea duce profugi sedibus incertis vag bantur“. Cat. 55. 1: „consul optumum factum ratus noctem quae instabat antecapere“. Sed cum exemplo, quod ultimo loco posui, comparandus est locus, qui legitur Hist. III. 65, ubi ejusd verbi participium usurpatum est. „M. Antonius perdundae pecuniae genitus vacuusque a curis n instantibus“. Neque enim temere factum est, ut in altero loco sententia relativa poneretur, in alte participium, sed rationem habet ea diversitas in diversitate sensus exprimendi. Illo loco id agitu ut certa nox denotetur, hoc loco non de certis singulis curis agitur, quae tunc re vera instaba sed totum genus curarum intelligendum est.

Item semper sententia relativa adhibetur, ubi situs locorum ita describuntur, ut inde sim eluceat, qui locus intelligendus sit. Jug. 16. 5: „in divisione, quae pars Numidiae Mauretania attingit, agro virisque opulentior, Jugurthae traditur“. Jug. 92. 5: „namque haud longe a flumin Mulucha, quod Jugurthae Bocchique regnum disjungebant“. At contra cum in describendo situ ve natura loci alicujus vel fluminis non id agitur, ut de quo loco vel flumine sermo sit intelligatur, se tantummodo quasi narrando additur descriptio, participium quoque adhibetur ita quidem, ut appositioni locum teneat veluti Jug. 48. 3: „erat in ea parte Numidiae — flumen oriens a meridie“. Ibidem „sed ex eo medio quasi collis oriebatur in immensum pertingens, vestitus oleastro“.

Sed quod de sensus discrimine inter participium et sententiam relativam statui, inprimis cadit in nomina collectiva. Quae cum multitudinem vel personarum vel rerum comprehendant, facile intelligitur ambitum eorum non nisi sententiis relativis definiri posse. Nam cum ea sit vis pronominis relativi, ut rem aliquam vel personam ita describat, ut possit ab aliis dignosci, elucet ita quoque adhiberi posse relativum, ut ex tota multitudine rerum vel personarum, quam nomen complectitur, pars tantum certa et definita proferatur ita quidem, ut possit dignosci a ceteris rebus vel personis, quae sub eandem multitudinem cadunt. Quare Cat. 16. 1: „sed juventutem, quam, ut supra diximus, illexerat, multis modis mala facinora edocebat“ multum differt ab illo: „sed juventutem illectam“. Relativo adhibito ea pars juventutis Romanae, quae illecta erat, discernitur ab ea, quam ut illiceret

Catilinae non contigerat; altera pars juventutis accurate et distincte definitur respectu alterius illius partis, quae non illecta erat, ita ut unius partis mentione injecta necesse sit simul nos cogitare de altera parte. At contra participio adhibito non opponitur altera pars juventutis alteri, sed simpliciter de juventute Romana agitur, quae nota ea, quae participio indicatur, insignis est; ii tantum juvenum Romanorum respiciuntur, qui illecti sunt, nulla prorsus ratione habita eorum, qui non illecti sunt.

Simili modo quo nomina collectiva Sallustius nomina terrarum usurpat, ita ut relativum non ad universam terram spectet, sed tantummodo ad certam partem, quae toti terrae opponitur, velut Jug. 89. 7: „id ibique et in omni Africa, quae procul a mari incultius agebat, eo facilius tolerabatur" ubi ea Africae pars, quae procul a mari sita est, opponitur regionibus maritimis. Eadem ratio est Jug. 61. 2: „ceterum exercitum in provinciam, quae proxuma est Numidiae, hiemandi gratia conlocat". Hoc loco Sallustius provinciam per sententiam relativam neque ita describit, ut possit ab aliis provinciis discerni — erat enim una tantummodo Romanorum provincia in Africa — neque simpliciter quasi narrando addit illud: Romanorum provinciam in Africa Numidiae proximam fuisse — id enim narrare nihil opus est, cum notissimum sit — sed totus ambitus terrae, quo provincia Romana constabat, ita angustioribus finibus cohibetur, ut intelligamus, de qua totius provinciae parte agatur; scilicet non per totam provinciam copias Metellus dispertivit, sed iis locis, quae proxime Numidiam adjacebant. Non est igitur, quod scribatur „qua" pro „quae", quamquam in uno cod. P³. ita scriptum est.

Restat, ut ea exempla memorem, quae specie, non re ipsa repugnant regulae illi, quam de participiorum vi ac significatione supra posui. Reperiuntur enim participia, quae ita accedere videantur ad substantivum, ut certae cujusdam rei cogitationem animo offerant. Huc pertinent fere loci hi: Jug. 25. 7: „porro animus — ad inceptum scelus rapiebatur". Jug. 47. 2: „ratus — frequentiam negotiatorum et commeatum — jam paratis rebus munimento fore". Jug. 80. 5: „quam rem opportunissumam incepto bello pauci impediverant". Jug. 22. 1: „de proelio facto — audiebatur". Jug. 15. 5: „animum a consueta lubidine continuit". Cat. 48. 4: „eadem fere quae Volturcius de paratis incendiis — docet". Jug. 25. 7 addito participio certum scelus significatur, Jug. 47. 2 certae res, quae paratae erant, itemque ceteris, quos attuli, locis participio addito certae singulae res demonstrari videntur. Attamen attentius reputando facile quis animadvertet nullam ejusmodi significationem his participiis adhaerescere, sed veram eorum vim non evanuisse. Nam quod omnibus his, de quibus nunc agitur, locis certae singulae res significantur, id non positum est in participiis sed in ipsa sententiarum compositione. Ubique enim participia suam vim ac significationem, quam supra descripsimus, retinent, ita ut constituant certum genus rerum. Nam cum „inceptum scelus" dicimus, non statim certum aliquod scelus significamus, sed in universum tale, quod in certo gradu nascendi versetur. Itemque „paratae res" per se non intelligendae sunt certae singulae res, sed tantummodo tales, quarum genus ita constituatur, ut significetur, quo in statu vel condicione versentur. Attamen haec participia, etiamsi sua cuique vis ac potestas maneat, tamen certae rei monstrationem ex ipsa sententiarum consociatione nanciscuntur. Quare sicut supra vidimus fieri posse, ut totum aliquod genus intelligatur ex singulari actione, quae in aliqua re effecta significatur, ita observare licet vicissim universum genus ita significari posse, ut simul certum exemplum respiciatur. Id autem duobus fere modis fieri potest, uno, si exemplum generis universi, quod participio addito constituitur, adeo in promptu est, ut de eo excogitando audientem monere minime necessarium sit, altero, si certi exempli modo mentio facta est, ideoque ejus cogitatio legentium animis adhuc inhaeret. Nam cum scriptor certum scelus susceptum esse narrat et post breve intervallum de incepto scelere loquitur, fieri non

potest, ut is, qui legit, aliud scelus intelligat quam cujus modo mentio injecta est. Item cum sc narravit certas res paratas esse, paulo post, quae modo exposuit, ita absolvere potest, ut de p rebus loquatur. Porro cum scriptor de consueta libidine loquitur, postquam paulo supra na hominem saepe eadem libidine commotum esse, necesse est de hac certa libidine cogitemus. T tenendum est nullam ejusmodi significationem in ipso participio inesse, sed nihil nisi notationem cujusdam libidinis gradus; quare nisi paulo ante de certa libidine monitus esses, eam non con agnosceres. Sed non necessarium esse existimo rem pluribus persequi, cum exempla regulam stituere non possint, sed ponderanda sit potius ratio sententiarum verborumque conjunctio. Id ta efficare volui, ut intelligeretur non esse hac in causa de singulari participiorum usu quaerendum reponenda enim sunt omnia haec participia in eo genere, de quo supra egi — sed omnia partic certam rem significare posse, si, quam vim haberent, ex ipso sententiarum nexu perspicere Itaque facile est intellectu id fieri non posse, nisi initium actionis, qua res in statum participio i catum pervenit, modo narratum est, ita ut in ejus effectu ii, qui legunt, adhuc defixam tene mentem. Etenim si, quae praecedunt, verba initium ejus actionis exhibent, recte jubemur per p ticipium respicere ad ea, quae modo narrata sunt, veluti in eo exemplo, quod supra jam po Jug. 25. 7: „porro animus ad inceptum scelus rapiebatur" participio Sallustius absolvit, quod su exposuit, ita ut de certo scelere cogitandum sit. Nexus autem sententiarum cum omnibus, qui l pertinent, locis prorsus sit perspicuus, ut ne opus quidem esse videatur singula quaeque perse duos tantum locos explicare in animo est. Unus legitur Or. Cottae 3: „quia omnia memorata a inferos supplicia scelere meo vici". Verba, quae proxime praecedunt, sunt haec: „nam si parric vostri sum et bis genitus hic deos penatis meos patriamque et summum imperium vilia habeo, q mihi vivo cruciatus satis est aut quae poena mortuo?" His verbis audientibus omnium, quae hom nem mortuum manere dicebantur, poenarum cogitatio oblata est. Harum poenarum cogitatio cum contin repetenda sit, haec repetitio ita institui potest, ut genus earum participio „memorata" indicetur. Itaque pa ticipium idem valet atque adjectivum „nota". Alter locus peropportunus ad perspiciendum istud, quod int participium et sententiam relativam statuimus, discrimen legitur Jug. 113. 3: „sed nocte ea, quae proxun fuit ante diem colloquio decretum, Maurus — dicitur secum ipse multa agitavisse". Quo quidem in loco agitur, ut unum tempus definiatur ex altero. Jam vero nox illa, quae definienda est, adhuc igno est ideoque sententia relativa denotatur; dies autem, ex quo nox illa definienda est, aliquo mod notus sit necesse est et propterea quidem notus est, quod jam supra narratum est eum colloqui decretum esse. Quam ob rem cum antea jam injecta sit ejus diei mentio, scriptor per participiu redintegrare potest ejus rei memoriam.

Denique locum afferam, in quo vera ac propria participiorum significatio magis obscurata ess videtur. Epist. Pompeji 6 leguntur verba haec: „quid — oppida excisa aut recepta enumerem?" Quo quidem in loco quamquam nulla dubitatio relicta est, quin participia pro adjectivis posita sint tamen item patet his participiis non perpetuam quandam ac constantem condicionem indicari. Effectu enim, qui ex actionibus excidendi vel recipiendi profectus est, non est talis, ut de continuato statu cogitare opus sit. Nec minus patet his participiis non absolvi ea, quae modo narrata sunt; nulla enim harum actionum antea mentio facta est. Quae cum ita sint, ipsis his participiis certae singulas res demonstrari videntur, id quod fieri posse negavi. Tamen si recte consideramus rem, naturalis vis participiorum perspici facile potest. Non tam enim refert, ut singulae quaedam urbes denotentur, quam ut significetur ejus generis urbes esse, in quibus actiones excidendi vel recipiendi

effectae sint, licet effectus harum actionum non sit perpetuus ac constans. Patet igitur his participiis totum genus urbium significari.

His duobus sententiarum relativarum generibus perlustratis jam transeamus ad tertium, ubi ex nativa relativi pronominis significatione nihil restat nisi vis quaedam copulativa vel epexegetica. Revocatur enim memoria rei modo memoratae ita, ut ei simpliciter quasi narrando annectatur aliquid. Cujus quidem generis sententias relativas respondere appositioni jam supra docui. Cum autem inter duo nomina, quae libera appositione inter se conjunguntur, intercedat talis ratio, quali subjectum et praedicatum inter se continentur, cumque in conjunctione subjecti cum praedicato semper lateat loquentis judicium, elucet necesse esse in participio, quod in ejusmodi sententiae relativae locum succedit, et ipso latere quoddam loquentis judicium. Quamquam cave, ne hoc nomine in errorem inducaris. Neque enim in orationis forma ullum esse debet indicium, quo scriptor suo se judicio uti significet. Appositum enim nomen aeque atque alterum, cui apponitur, non tanquam sententia sed tanquam notio profertur. Sed in appositione re vera latere loquentis judicium, ejus rei luculentissimum documentum illud est, quod in ea fieri potest, ut adjectis quibusdam particulis scriptor prohibeat, ne, quae, ut ita dicam, objective proferuntur, tanquam objective dicta accipiamus, veluti adjectis particulis „tanquam“ „quasi“ vel adjecta voce „dico“ scriptor indicare potest suum se judicium interponere. Item adjectis particulis „ut“ et „quippe“ indicantur diversae rationes, quae intercedunt inter rem ipsam et scriptoris cogitationem.

Quae cum ita sint, consentaneum est in appositione aliquanto latius patere usum participiorum, quam in eo, quod primo loco posuimus, genere id concessum esse vidimus. Nam primum quidem huic usui non modo accommodata sunt ea participia, quae aliquid denotent, quod proprium sit vocabuli eique semper adhaerescens, sed etiam ea, quae aliquid significent, quod sit insiticium magis et extrinsecus illatum veluti Jug. 108. 1: „ibi cum Boccho Numida quidam Aspar nomine multum et familiariter agebat, praemissus ab Jugurtha — orator et subdole speculatum Bocchi consilia“. Jug. 71. 4: „epistolam super caput in pulvino temere positam sumit ac perlegit“. Deinde hoc in genere videmus cum participio alia additamenta liberiore modo conjungi posse, cum participiis ejus generis, quod primo loco posui, non nisi talia additamenta apponere liceat, quae cum participio ipso coalescere quasi possint veluti Jug. 94. 1: „super terga gladii et scuta, verum ea Numidica ex coriis, ponderis gratia simul et offensa quo levius streperent“. Ibidem 3: „in castellum perveniunt desertum ab ea parte, quod omnes sicut aliis diebus advorsum hostis aderant“.

Quamquam autem hoc in genere participiorum usus minus circumscriptus est, tamen certis finibus continetur, nam cum relativo quodlibet additamentum rei adjici possit, usus participiorum nonnullas cautiones habet. Ac primum quidem observandum est permultum interesse, quae ratio intercedat inter tempus participio indicatum et tempus verbi finiti. Nam etsi additamentum illud, quod participio indicatur, ita positum est, ut ejus vis ac potestas ad unum, cui adjunctum est, nomen pertineat, non ideo nulla omnino inter participium et verbum finitum intercedit temporalis relatio. Certe participium illud aeque ac nomen ipsum, cui appositum est, in totius enunciationis constructione positum est. Quod cum ita sit, nullum aliud additamentum per participium declarari potest, nisi cui propria rei nondum absolutae notio adhaerescat. Itaque actio, quae participio indicatur, aut eo tempore, quod in verbo finito continetur, exsistat necesse est, aut, licet ante jam exstiterit, tamen non plane absoluta sit sed talis, cujus effectus usque ad alteram verbo finito declaratam pertineat ac duret. Contra ea participio uti non licet, si actio illa aut post alteram verbo finito declaratam exstitit aut ita ante eam exstitit, ut ejus effectus eo tempore, quod in verbo finito continetur, praeteritus planeque

absolutus cogitandus sit. Sed quid significari velim, ex exemplis facile inte dem nonnulla participiorum exempla afferam. Jug. 19. 7: „Mauris omnibus praeter nomen cetera ignarus populi Romani itemque nobis neque bello neq Jug. 44. 1.: „Sed ubi in Africam venit, exercitus ei traditur a Sp. Albino p neque periculi neque laboris patiens, lingua quam manu promptior, praedat hostium, sine imperio et modestia habitus". Cat. 55. 3: „est in carcere lo pedes humi depressus". Ibidem 4: „eum muniunt undique parietes atque fornicibus juncta". Or. Phil. 7: „et ad eum concurrere homines omnium flagrantes inopia et cupidinibus, scelerum conscientia exagitati". In omnibus status, qui participio indicatur, aut in id tempus incidit, quod in verbo fini ad actionem verbo finito declaratam pertinet. Itaque Jug. 19. 7 pro „ant „adhuc". Aliter res se habet in hoc exemplo Jug. 35. 2: „huic Sp. Albi post Bestiam cum Q. Minucio Rufo consulatum gerebat, persuadet", ubi in l participium succedere non potest, quoniam ea res, quae sententia relativa actionem illam, quae in verbo finito primariae sententiae inest, exstitit. In e nendum est illud exemplum Cat. 31. 6: „tum M. Tullius consul, sive praes ira commotus, orationem habuit luculentam atque utilem rei publicae, quam Hoc quoque in exemplo fieri non potest, ut pro sententia relativa participium utriusque sententiae tempora ea intercedit relatio, ut oratio, priusquam scribere est ratio hujus exempli Cat. 22. 3: „nonnulli ficta et haec et multa praetere qui Ciceronis invidiam, quae postea orta est, leniri credebant atrocitate scele dederant". Neque ab his diversus est locus, qui legitur or. Cottae 7: „ita c tuebatur, minore quam antea navigamus". Res, quae sententia relativa narr praeterito tempore, non de praesenti, quod in verbo finito primariae sententiae

Deinde hoc quoque in genere omnia exempla comprobant verum id e monui, participia activa verborum actionem significantium non esse apta, qua quibus res intelligendae sunt. Conf. Cat. 58. 19: „praeterea necessitudo, qu facit". Jug. 6. 3: „praeterea opportunitas suae liberorumque aetatis, quae etia praedae transvorsos agit". Cat. 51. 25: „tempus, dies, fortuna, cujus lubido Cat. 58. 16: „cum arma, quibus corpus tegitur, ab hostibus averteris". Or. spem bonam, quae metum vincit". Or. Philippi 8: „in latere vectigalium nost sustentamur". At contra Jug. 44. 1: „exercitus ei traditur — neque periculi ne Item participia verborum, quae non actionem sed statum significant, aggregant iis, quibus res denotantur, nominibus. Huc pertinent ea inprimis participia, qu scribunt veluti Jug. 48. 3.

Jam supra dixi hoc quoque in genere usum participiorum certis quibusd Nam licet in appositione usus participiorum sit liberior, tamen facile animadv multo accommodatiora esse ea participia, quae aliquid denotent, quod proprium adhaerescens, quam ea, quae aliquid significent, quod semel modo in re fact perspicimus, si ejusmodi exempla attendimus, ubi ad eandem rem per appositio ticipia et sententiae relativae. Ac primum quidem memoratu dignissimum est o nomini plura per appositionem adduntur, licet cetera proferantur participiis, tam ticipio proferretur, cum ablativo personae e praepositione pendente esset co

structura enunciato relativo addi. Cujus rei quae sit causa, facile est intellectu. Nam effectus omnis, qui non prorsus sejunctus atque separatus est ab actione, ex qua proficiscitur, singulare aliquid denotet necesse est, id quod supra jam exposui. Quare si quis effectus ad actionem certae personae revocatur, is non ita segregatus a singulari illa hujus personae actione cogitari potest, ut tanquam perpetuus status accedat ad nomen eodem modo, quo cetera participia, quae condicionem continuatam significant. Conf. Jug. 65. 1: „erat praeterea in exercitu nostro Numida quidam nomine Gauda Mastanabalis filius Masinissae nepos, quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat, morbis confectus et ob eam causam mente paulum imminuta“. Jug. 85. 30: „hae sunt meae imagines, haec nobilitas, non hereditate relicta ut illa illis, sed quae ego meis plurumis laboribus et periculis quaesivi“. Cat. 23. 1: „Sed in ea conjuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus, quem censores senatu probri gratia moverant“. Quae exempla si accuratius examinamus, facile inveniemus diversas rationes, quibus continentur res ipsa ejusque additamenta, ita semper denotari, ut ea, quae arctius cum re ipsa cohaerent eique sunt propria, per participium addantur, ea vero, quae sunt magis extrinsecus illata, per pronomen relativum adjungantur, veluti Jug. 65. 1, ubi participium denotat continuatum statum, sententia relativa aliquid, quod semel modo factum sit; per participium enim describitur, quo habitu corporis et animi Gauda fuerit, per sententiam relativam narratur eum a Micipsa heredem secundum testamento scriptum esse. Jug. 85. 30 hic est nexus rerum, ut, quod per participium universe indicatum est, explicetur per sententiam relativam accuratius. Cat. 23. 1 hic est nexus rerum duarum, quae per appositionem aggregantur, ut altera causam et rationem contineat, altera consecutionem, altera quodammodo protasis, altera apodosis sententiae alicujus sit; nam per participium genus, deinde mores Q. Curii describuntur, per sententiam relativam narratur eum propter hos mores senatu motum esse. Item ubique observare licet a Sallustio structuras ad internam rerum indolem accommodari semperque mutata structura certum ordinem et seriem rerum, modo exemplum aliquod rei per participium in universum tantum indicatae modo consecutionem alicujus rei ex altera denotari. Huc pertinent quoque loci tales, nisi quod in participiorum locum etiam adjectiva succedunt. Jug. 8. 1: „fuere complures novi atque nobiles — factiosi domi, potentes apud socios, clari magis quam honesti, qui Jugurthae non mediocrem animum pollicitando accendebant“. Cat. 18. 4: „erat eodem tempore Cn. Piso, adulescens nobilis, summae audaciae, egens, factiosus, quem ad perturbandam rem publicam inopia atque mali mores stimulabant“. Ut vides: describitur primum personarum habitus, deinde sententia relativa explicatur per exemplum. Jug. 101. 6: „simul gladium sanguine oblitum ostendere, quem in pugna satis impigre occiso pedite nostro cruentaverat“; per sententiam relativam Sallustius ad causam assurgit ejus rei, quam per participium indicavit. Sed abstineo a compluribus exemplis, nam elucet totam hanc rem ita comparatam esse, ut minus certis quibusdam praeceptis confici possit, sed omnia ad rationem ipsam atque ad naturam singulorum locorum revocanda sint. Deinde Sallustius semper sententiam relativam adhibet, ubi aliquid annotat, unde, quam ob rem positum sit judicium aliquod, elucet. Ejusmodi igitur sententiae relativae non continent causam rei, quae in verbo finito inest, sed potius rem eam, cujus contemplatione judicium, quod scriptor protulit, quodammodo natum est. Veluti Jug. 31. 2: „ut vobis animus ab ignavia atque socordia corruptus sit, qui ne nunc quidem obnoxiis inimicis exsurgitis atque etiam nunc timetis eos, quibus decet terrori esse“. Sententia relativa non exhibet causam corruptionis, cujus mentio facta est, sed potius rem, qua corruptos cives esse cognosci potest vel certe confirmatur illud judicium. Idem cadit in ejusmodi locos Cat. 51. 42: „profecto virtus atque sapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere quam in nobis, qui ea bene

parta vix retinemus". Or. Philippi 3: „pro di boni, qui hanc urbem omi
item Sallustius sententiam relativam adhibet, ubi cum irrisione aliquid pronun
sit ejus sententiae, quam posuit, veluti Or. Lepidi 16: „verum ego seditiosu
praemia turbarum queror, et bellum cupiens, qui jura pacis repeto". Quare
in ejusmodi exemplis causam vel oppositionem contineat, tamen non est, quod
exspectemus. Nam inter argumentum, quod enunciatione relativa continetur,
finito primariae sententiae indicatam prorsus nullus intercedit nexus talis, qui
efflagitet. Permultum enim interest, utrum sententia relativa contineat causam
finito primariae sententiae inest, an causam ejus, quod in verbo finito latet, j
recto rerum progressu causa effectum praecedit, ita contemplantibus nobis id,
est, saepe prius se offert, si quidem plerumque fit, ut antecedentia in consequ
prehendantur. Quae cum ita sint, sicut causa ea est, quae id efficit, cujus
effectus tanquam causa exsistit, quae efficit, ut ad id cogitando ascendamus,
Itaque si in his, de quibus nunc agitur, locis nexum rerum ipsarum recte
perspicimus causam vel oppositionem non tam inesse in sententia relativa qua
relativa apposita est. Veluti Cat. 51. 42 hic est nexus sententiarum, ut sente
contineat, relativa consecutionem, illa protasis, haec apodosis sit. Quare qui in
tiam intercedat causalis nexus, si ipsa orationis forma declarare volumus, totus lo
„cum profecto virtus atque sapientia major in illis esset, ideo ex parvis opibus tan
vel Jug. 31. 2: „cum vobis animus ab ignavia atque socordia corruptus sit, i
obnoxiis inimicis exsurgitis", item or. Lepidi 16: „quamquam ego seditiosus sum
praemia turbarum queror". Cur autem Sallustius talibus locis non ita, ut recte
alteram sententiam alteri subjunxerit, sponte elucet. Notandum tamen, ut hoc in
Sallustium ne iis quidem locis, ubi, cum argumentum, quod enunciatione relativ
vinculo cohaereat cum actione verbo finito primariae sententiae indicata, conjuncti
nexum orationis forma exprimere. Ut enim Sallustius omnino solet enunciata ita
ut magis juxta collocet quam inter se nectat, ita in enunciationibus quoque rel
continent alterius rei, hunc internum sententiarum nexum non grammatice exprim
quod causam alterius rei continet, tanquam factum aliquod juxta illam rem, qu
referri vult, collocat, ita ut, qui inter utramque rem intercedat causalis nexus, l
judicio eruendum relinquatur. Conf. Jug. 10. 7: „ceterum ante hos te, Jugu
sapientia prior es, ne aliter quid eveniat, providere decet". Or. Lepidi 2: „sa
— nequeo satis mirari, qui dominationis in vos servitium suum mercedem da
injuriam malunt quam optumo jure liberi agere". Ejusdem generis sunt Jug. 85.
Ille dicendi modus ita usitatus est Sallustio, ut vix contrariae rei exemplum reperi
quidem mihi ad hunc finem Sallustium unus tantum occurrit locus (Cat. 52. 8),
relativum conjunctivus positus est. Huc pertinet quoque, quod Sallustius, ubi „q
conjungit, conjunctivo prorsus abstinuit.

Jam supra animadvertimus hoc in genere liberiore modo cum participio ali
jungi posse. Verumtamen nonnullas ejusmodi conjunctiones Sallustius prorsus evi
ita comparati sunt, ut participio adhibito oratio non tam dilucida et simplex quan
rata futura sit. Ac primum quidem, si a nominativo casu discesseris, semper evit
mus hanc orationis formam, ut duo participia, quorum alterum habeat adjectivi,

ficationem, eodem casu posita juxta collocet, veluti epist. Mithridatis 13: „abnuente Tigrane, qui mea dicta sero probat". Jug. 39. 5: „cognitis militibus, quos praeter fugam soluto imperio licentia atque lascivia corruperat". At contra Jug. 49. 5: „nam inter — consederant neque plane occultati humilitate arborum et tamen incerti, quidnam esset, cum natura loci tum dolo ipsi atque signa militaria obscurati". Itemque Sallustius sententiam relativam adhibet, ubi cavendum est, ne ad participium accedant substantiva vel adjectiva eodem casu posita. Excipiuntur tamen nominativus et accusativus. Conf. epist. Mithridatis 9: „cum filius Nysa, quam reginam appellaverat, genitus haud dubie esset". Jug. 103. 2: „ab aliis amicis, quos incorruptos Jugurtha reliquerat". Or. Lepidi 24: „nisi forte specie concordiae et pacis, quae sceleri et parricidio suo nomina indidit". At contra Jug. 47. 1: „erat haud longe ab eo itinere — oppidum Numidarum nomine Vaga, forum rerum venalium totius regni maxume celebratum". Cat. 24. 2: „pecuniam sua aut amicorum fide sumptam mutuam Faesulas ad Manlium quendam portare". Quam quidem rem eo minus est quod miremur, quoniam inter duo nomina, quae per appositionem aggregantur, eadem ratio intercedit, qua continentur inter se subjectum et praedicatum sententiae alicujus. Nam nominativus et accusativus sunt quasi legitimi casus, quibus ponuntur duo nomina, quae tali ratione inter se continentur. Sicut enim in certis quibusdam verbis ad nominativum subjecti accedit nominativus praedicati vel ad accusativum objecti accusativus praedicati, ita cum nomine aliquo, quod vel subjecti vel objecti locum tenet, per participium conjungi potest alterum nomen, quod cum illo tali ratione continetur, qualis intercedit inter subjectum ejusque praedicatum.

Denique participium non adhibetur, cum nomen, quod describendum est, comparatur cum altero nomine veluti or. Lepidi 9: „itaque illa quies et otium cum libertate, quae multi probi potius quam laborem cum honoribus capessebant, nulla sunt".

Sed haec hactenus. Cetera alio tempore disserentur.

